



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

lium & militarium in terris palustribus fortuna : quam crebrius experti, necdum vltionis spiritum posuerunt. Quid enim possunt inter crebras voragines, & continuata terrarum fragmina, equestres turmae ? volant palustres homines in lanceis suis, eques in iumento periclitatur.

CAPVT XXXV.

Commune Magdeburgense hoc tempore seuijt, nōdum sanguine, quem in archiepiscopo suo Burchardo optimo viro innoxium fuderant, exaturati : quam rem in Scandalia diximus plenius. Decanum nunc ecclesie Maioris, quōd vocantibus eum in pratorum patribus primarijs non paruerit, manu carnificum & ministrorum, iustitiæ exequutorum, in vincula publica coniecerunt : eumq; ciuitate eiectum, perpetuō proscripserunt. Temeritas inaudita. Nec minor quæ sequitur, procacitas ciuium Barlinensium. Archiepiscopi Magdeburgensis Theodorici, supra memorati, scriba tabelio, qui tum sequebatur ducem Saxonie, federat in ea vrbe ad mensam principis memorati : Immissi ciuium communis iustitiæ ministri, manu valida, vt obsisti illis sine magna pernicie non posset, scribam corripunt, & mox pertrahunt ad supplicium, publico cadentes gladio, nulla preatensa alia causa, quā quod nup̄, cum ad balneum properaret, obuiam sibi dominam notam familiariter per iocum sollicitaret, vt balneo secum uteretur, nec vim aliam inferebat, recusantem cum risu dimittens. Pulchra nimirum sanguinis & vite dispendio causa vindicanda. Sed qui sequui sunt casus ab vtroq; gladio facile obtinuerunt, vt pœniteret ciues pertinacia sua. Qui autem cecidit, non reuixit. Nunc pœnas soluant pertinacia multiplicis, sub aquila pulli degentes.

Saxoniae
Saxoniae
 Secta tum inualuit Beguinarum & Suestrionum, per-
 tinax hominum genus: Sed ardebant hominum studia
 improbam euertere colluuiem: proditi vbiq̄ue, perii-
 naces perierunt igne consumpti: multi autem peni-
 tentiam amplexi, ad vitam seruabantur. Per qua etiam
 tempora Karolus Imperator, antè sibi notam, cum exer-
 citu introiuit Italiam. Sub patre enim Iohanne rege Bo-
 hemia, qui sui quoquè patris Henrici cœpta prosequē-
 batur, Karolus militauit in prouincia: posteaquam auus
 eius Henricus interemptus, non reliquit Gibellinis de-
 fensorem: Quam sectam prosequutus Iohannes rex, fi-
 lium Karolum sub se copias ducentem, diu in Italia ver-
 sari iussit: Nunc autem maximo ad septuaginta millia
 exercitu conscripto, Mediolanum, iam eius imperio re-
 bellem urbem, constituit humiliare. Increuerat enim
 dominatus Vicecomitum sub Ludouico Bauaro, in eum
 modum, vt iam, cōtemptis omnibus, nemini pareret. Au-
 xit summus pontifex Imperatoris copias, vt rebellionem
 pertinacissimæ urbis molliret. Sed tantus exercitus per-
 estum siti laborabat, magis foris, quàm obfesi intus.
 Imperator verò, vtcunquè res peracta est, exercitum
 suum sine fructu reduxit, ecclesie copias passus ire quò
 vellent.

CAPVT XXXVI.

Magnus dux de Brunswico, Magni filius, cum de
 consilio maiorum in terra, etiam ad ducatum
 Luneburgensem administrandum vocaretur: viuebat
 adhuc pater, qui ad vtrunque ducatum suo iure perue-
 nit: sed filium tum in Luneburgensem deuocatum, ire
 permisit. Venit animosus iuuenis & circūspexit, si qua il-
 li gradis belli gloria mōstraretur. Initia eius fuerūt opti-
 ma, & ad eò cunctis pbabilia, vt nemo desideraret aliam
 nouiss-